
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

7. .116.
DA BOY
M
LN 714
ex. 1
M
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

CONCIONES ECCLESIIS PROPONENDÆ,

tribus precationum diebus 8. 9. 10. *Februarij* futuris.

Alb. Ioh. H.



HAFNIÆ

Impreſsit Matthias Vinitor,

ANNO.

1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Amos. V.

QVærite bonum, & non ma-
lum vt viuatis: & erit Domi-
nus Deus exercituum vobiſcum,
ſicut dixiſtis: odite malum & dili-
gite bonum, & conſtituite
in porta iudicium: ſi fortè
miſereatur Dominus
Deus exercituum
reliquijs Io-
ſeph.

Con-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

CONCIO PRIMÆ
Diei.

Ieremiæ Quinto.

ANnunciate hoc domui Iacob & prædicate in Iuda dicentes:

Audi popule ſtulte,& qui non habes cor: Quibus oculi ſunt, ſed non vident: aures habent ſed non audiunt.

An me non timebitis dicit Dominus, an à facie mea non contremiſcetis? qui poſui arenam terminum mari, in ſtatutum perpetuum,ne tranſeat eum: ſæuiunt quidem fluctus eius, ſed non præualebunt, intumeſcent, ſed non tranſibunt ipſum:

At populus iſte habet cor declinans & rebelle, declinauerunt & abierunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Non dixerunt in corde ſuo : Me-
tuamus Dominum Deum noſtrum,
qui dat pluuiam matutinam & ſeroti-
nam, in tempore ſuo, iuramentis ſtatu-
tis meſſem ſeruat nobis :

Iniquitates veſtræ auerterunt iſta,
& peccata prohibuerunt bonum à
vobis.

EXORDIVM.

*NOn immeritò exhor-
reſcunt omnes pij, con-
ſideratione peſtilentiſ-
ſimæ* ἀναιθησίασ *, ſeu
ſtuporis illius ferè beſtialis, quo
mortalium plurimi, tanquam tetro
conſtricti carcere, à ſalutis curſu
impediuntur, & retrahuntur : dum
vel nullo miſeriæ ſuæ ſenſu tangun-
tur : vel mala in quibus verſantur*

non

non intelligunt. Cuius rei ceu deſperatæ & incurabilis malitiæ ſignum eſt, vbi Deus nec verbo nec verberibus apud illos proficit. Ad doctrinam enim & pias admonitiones ſurdi ſunt. Nam vbi Dominus manum ſuam attollit, vt pœnas de peccatis eorum exigat, non flectuntur. Sed alij varios tantummodo rerum euentus triſteſq́; reuolutiones deplorant, & huius vitæ accuſant inconſtantiam: alij verò imprudentiæ, vel temeritati ſuæ res aduerſas imputant: multi hoſtium ſuorum ſolam improbitatem damnant. Oſe. 7.

Fontem verò & cauſam tanti mali non expendunt, neq́; ſe iuſtè plecti conſiderant. ad ictus quidem ingemiſcunt & clamant, oculos verò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Eſa : 9. rò attoniti nimis, ad manum vulnerantem non conuertunt, neq; ad percutientem ſe reuertuntur. Vſq; adeo multi ſenſu priuati ſunt, & ſpiritu vertiginis percuſsi, qui quamuis ſub onere peccati deficiunt, onus tamen ipſum non ſentiunt; ſed inſuper, ſibi in miſeria ſua mirè placent, & gratulantur: peccata peccatis ſuauiter cumulant: nouaq; ſemper acceſsione, grauamina ſua coaceruant, donec triſtiſsimè opprimantur.

Proxima ſtupori eſt ſecuritas illa ſupina, quâ nõ pauci laborant, ex inani cõfidentiâ orta: quòd, aut nimiũ tribuãt homines viribus & prudentiæ ſuæ, per ſeipſos ſe quiduis cõſequi poſſe opinantes: aut ſi fortè arbitrẽtur id quoq; in Dei miſericordia po-

ſitum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſitũ, tamẽ dignitatis ſuæ perſuaſione
faſcinati propter illã ſibi ſalutaria
quæq; obtingere ſomniant. Ita faci-
unt illi qui ſibi remiſsionẽ peccatorũ
pollicentur, vel æternam felicitatẽ,
quamuis pœnitentiam non agant.
Alijs verò ſua inde naſcitur ſecuri-
tas, quod non credant vllam in Deo
eſſe iuſticiæ exequutionem, ideoq; ſi-
bi quiduis impunè audendi licentiã
cõceſsã perſuadẽt. Hæc Satanæ eſt
aſtutia, hi eius laquei, quibus homi-
nes miſeros irretire nunq̃ nõ ſatagit,
oculisq; ipſorũ tenebras offundere la-
borat: vt peccatũ in quod illos pelli-
cit vel excæcati non videant, vel in-
ſenſati imminentia mala non intel-
ligant aut ſentiant; ſed ſibi ipſis blã-
diantur, donec conſopiti malis omni-
bus tandẽ obruuntur. Hæc vtinã de

 nobis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

nobis nō verè dicerētur, qui nō modò non ſentimus onus peccati quo grauamur; ſed & in vitijs, ſi non prorſus obſtinati omnes & præfracti obdureſcimus: attamen obdormiſcimus ſecuri, illicitis deſiderijs intra animos noſtros æſtuamus: ſuperbè interim de noſtris virtutibus gloriamur, & peccata noſtra extenuantes folijs ea ficus palliamus. Raró autem mentem attollimus, vt mala quæ ſubinde patimur, tàm publica, quàm priuata peccatis noſtris inputemus. Regnant inter nos varia eaq; enormia peccata, contemptus verbi, iniuſticia, odia, Tyrannis, inexplebilis habendi cupiditas, priuatæ gloriæ appetitio, quam honori Dei & vtilitati publicæ anteferre multi non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*dubitant, deniq; carnis laſciuia, &
ſi quæ ſunt alia. Nihilominus ta-
men qui his ſcelerum generibus dif-
fluunt, aure & lingua tenus chri-
ſtiani ſunt: cum interim animos ge-
rant religione & pietate prorſus
vacuos: quos ſi quis admoneat, re-
prehendat & propoſitis Dei iudi-
cijs vrgeat, perindè facit ac ſi ab-
ſentibus loqueretur. Saxis enim* Iere: 5.
*duriores ſunt: ſe aſsiduis verbi con-
cionibus irrigari non ſinunt, vt du-
ritiem illam cordis exuant.*

*Accedit his omnibus fœda in-
gratitudo, qua beneficia quæ Deus
Opt: Max: in nos cumulatim effun-
dit, præterimus & quaſi ſepelimus.
Pro nihilo plurimi ducunt, quod ſi-
ne labore, ſine metu, ſine periculo,
piam verbi prædicationem in me-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

dio noſtri reſonantem habeamus: dum alij hac illac vagantur, eiectiq; bonis, egeſtate, miſeria, doloribus obruti, vitam in luctu & ſqualore ægrè trahunt.

Luctuoſiſsimus eſt Eccleſiæ ſtatus multis in locis, quæ tanquam vidua marito priuata, hoſtibus & tyrannis vndiquaq; circumſepta, in puluere doloris & triſticiæ inclinata conſidet, opprobrium facta inimi-
Pſal: 13. cis, à quibus irridetur, excommunicatur, proſcribitur, occiditur. Et vt ſummatim quod velim dicam: eó omnia quo ad externam ſpeciem inclinare videntur, ac ſi animam tur-
Pſ: 74. turis ſuæ beſtijs immaniſsimis traditurus ſit Dominus. Videmus quantæ ſint Regnorũ & politiarũ cõfuſiones, quæ tàm peregrinis quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*ciuilibus bellis & ſeditionibus, in v-
niuerſis ferè plagis orbis Chriſtiani
flagrant: interim nos tranquillo re-
gnorum ſtatu eorumq́; piâ, iuſtâ &
felici adminiſtratione & guberna-
tione, in hac sereniſſimi electi Re-
gis noſtri minorennitate gaude-
mus. Sed quis Deo pro tantis tamq́;
excellentibus beneficijs gratus eſt?
Quotusquisq́; noſtrum cum gemitu
& ſuſpirijs, triſtiſſimam Eccleſiæ
& politiarum in vicinis Regnis i-
maginem intuetur, vt mala hæc ſe-
riò deprecetur? quæ quamuis in præ-
ſenti extra nos eſſe videantur, vin-
dictamq́; ſuam Dominus in longin-
quum extrahat, neq́; ſcelera noſtra
de repentè puniat; iuſtus tamen
eſt, qui non perpetuò diſſimulat.
Hæc illa ſunt, quæ animo piè re-*

uoluentes

uoluentes ampliſsimi & prudentiſſimi proreges, cæteriq́ Regnorum proceres, (quorum eſt, Eccleſiam Chriſti in hac tenera Sereniſsimi electi Regis ætate, in officio pietatis continere) omnino ſalutare & neceſſarium ſtatuerunt, publicos Eccleſiarum conuentus indicere, triduumq́ hoc Deo conſecrare: vt hac occaſione tàm ipſi, quàm Regnorum ſubditi ad deploranda peccata, pœnas deprecandas, gratias Deo pro beneficijs reddendas, atq́ adſollicitandum Deum pro ſalutari Eccleſiæ & Regnorum pace, eorumq́ felici gubernatione excitentur.

Pijſsimo itaq́ue Magiſtratui noſtro obſecundantes, frequentes hoc triduo in Eccleſia conueniamus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

mus : Deo nos ſiſtamus , in vera
cordis humilitate absq; hypocriſi
& ſimulatione: cogitemus nos tan-
quam in acie nouaculæ verſari,
nihilq; in nobis reſtare: quàm vt pœ-
nas de peccatis noſtris exigat iu-
ſtiſſimus Deus , niſi conuerſi eas
deprecati fuerimus. Agnoſcamus
infirmitatem noſtram: petamus pec-
catorum noſtrorum condonationẽ:
auxilium diuinum imploremus , e-
iusq; ab omnibus malis clementem
liberationem expectemus ; ſub cu-
ius latibulo , ab omnibus anguſtijs
tuti erimus.

Explicet nobis miſericordiæ
ſuæ theſauros benigniſſimus De-
us , nosq; ſuo ſpiritu gubernet : vt
in nobis pudefactì , fatuitatem &
torporem noſtrum ingenuè agnoſ-

camus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

camus & fateamur, eamq́ reconciliationem, quam nobis in Euangelio offert in nomine vnigeniti filij ipſius quæramus & vera fide amplectamur, vt poſtea hac dulcedine allecti, in tota vita nos ipſi totos tradamus, expectantes viciſsim ab ipſo omne genus benedictionis in hoc & futuro ſeculo. Amen.

ENARRATIO.

Nunc ad textum Propheticum nos conuertamus, in quo tres partes explicandæ ſe nobis offerunt.

1. In primâ conqueritur Dominus de populi ſui apoſtaſiâ, ſeu ſpontaneâ defectione, eamq́ hic ſtultitiam vocat, quæ in vecordiâ, cæcitate & ſurditate ipſorum conſiſtebat.

2. In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

2. In ſecunda auget eandem hanc accuſationem, facta collatione obſequij fluctuum marinorum, ad immorigeram tergiuerſationem gentis Iudaicæ.

3. In tertia apoſtaſiam repetens, impœnitentiam ſimul ipſorum cum fœda beneficiorum obliuione coniunctam deflet Dominus.

DE PRIMA.

Annunciate hoc domui Iacob, & prædicate in Iuda dicentes.

Præmittit Dominus hîc conſueto more quærelæ, vel potius obiurgationi ſuæ, diſertum mandatum quo Prophetæ ſuo, munus non modò populum inſtituendi, ſed & acriter

re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*reprehendendi iniungit: atq́ hoc a-
git, ad maiorem fidem propheticæ
concioni faciendam, quam tanquam
diuinum oraculum omnes audire te-
nentur. Hinc toties in propheta-
rum concionibus repetitur & in-
culcatur: Sic dicit Dominus: Ipſe
enim eſt, qui non tantum quæ di-
cenda ſunt, ſeruis ſuis ſuppeditat,
& per ſpiritum ſuum inſpirat: ſed
& eos vocat, ſanctificat, atq́ ad
obeundum hoc munus, ſuo inſtru-
ctos mandato deſtinat. Iubetur
autem Propheta non ſibi verbum
reuelatum reſeruare: ſed populo
proponere ſeu prædicare; quod non
eſt ſemel ac iterum leniter annun-
ciare: ſed acri, diſerta, continua*
Eſ: 58. *prædicatione, ingeminatis ad mo-
leſtiam vſq́ clamoribus, & eleuata*

voce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

voce inſtar tubæ, verbum Dei ac
pœnitentiam illis occinere, populo
peccata ſua exprobare & pietatem
ſedulò inculcare.

Porrò quòd domui Iacob
ſcelera & transgreſſiones ſuas ob-
ijcere præcipit, horrendum eſt. E-
tenim ſi gentibus ignaris Dei hæc
proponi iuberet, minus admiratio-
ne dignum videretur: nunc verò
populo electo Dei hæc ſunt obijcien-
da, quem non ſolummodo præ
omnibus quæ ſub cœlo ſunt nationi- Deut. 32.
bus, ſibi in peculium ſelegerat: ſed Pſ. 105.
& tot tantiſq; beneficijs exornârat,
cuiq; bonitatem ſuam, inde vſq; à
prima eius origine, illuſtribus mi- Pſ. 147.
raculis manifeſtè declarauerat:
qualiter non fecit omni nationi.

Verùm ea fuit populi huius in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

gratitudo, contumacia & rebellio: vt non immeritò & ſine cauſa hîc & paßim in prophetis, tot criminum & flagitiorum illum Deus inſimulet. Pro nihilo enim
Pſ. 106. (inquit Dauid) habuerunt terram deſiderabilem: obliti ſunt Deì qui ſaluauit eos: verbo eius non crediderunt, & ſpiritum eius exacerbauerunt. Quæ ſicuti pijs lachrymis digna ſunt, ita admiratione non caret, quòd ſuperſtite adhuc pijßimo Rege Ioſia, ſub quo Prophetauit aliquandiu Ieremias, tanta fuerit populi obſtinatio, quamuis ipſe Eccleſiam Chriſti qua potuit fide, idolorum cultu & adoratione conſpurcatam repurgauit. Adeò corde elongata à Deo hæc gens fuit, vt quamuis in

gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

gratiam Regis, pietatem & ve-
rum Dei cultum ſimularet, tamen
ſæpius ad priſtinum vomitum re- Eſa. 29.
dire exoptaret. Id quod interemto Ma. 15.
Ioſia ſtatim apparuit, quando ſub
impijs ipſius filijs, non ſolum
Sycophantæ aulici, & principes
ſacerdotum Reges ſuos imitati, 2. Par.
ſed & infelix plebecula, abomi- 36.
nationibus gentium ſe contamina-
runt.

Iure igitur quamuis populus Dei ſint, à Prophetâ obiurgantur, qui non tantum reprehenſionem hanc, ſed & pœnas grauiores meriti erant.

Moneant hæc verbi miniſtros, eoſque ad vigilantiam & in arguendo conſtantiam excitent, quod à DOMINO ſibi hoc munus in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

iunctum audiant: neq; eos audito-
rum rebellio & ignauia à verbi
Ezech. 3. prædicatione abſterreat: ſiue enim
audiant ſiue non audiant, annun-
ciabitur illis verbum, quemadmo-
dum Ezechieli Dominus dixit: ne
ignorantiam peccatis ſuis prætex-
ant.

Diſcant etiam auditores, boni
conſulere admonitiones & increpa-
tiones, quamuis eæ interdum im-
2. Tim. 4. portunæ videantur. Coguntur
enim adminiſtri Chriſti oportunè
& importunè agere, atq; omnes
vias explorare vt populum Deo
lucrentur. Exoſculentur potius
hæc media pij, quibus Dominus ſa-
lutem operari voluerit, verbo vi-
delicet, cuius prædicatione fides do-
cetur & plantatur, & ſacramen-
tis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

tis, quibus eadem obſignatur & confirmatur. Neq; eſt quod ideò nos ab obiurgationibus immunes eſſe velimus, eô quod Chriſtianorum nomine & titulo inſigniti ſimus: culpâ enim non vacamus, quamuis de titulo hoc & externâ vitæ ſanctimoniâ multùm gloriemur. Proximum nunc eſt, vt videamus, quid populo annunciari velit & quorum ſcelerum illos incuſet.

Audi popule ſtulte, & qui non
habes cor: Quibus oculi ſunt,
ſed non vident: aures habent,
ſed non audiunt.

Hic apoſtaſiam Iudæorum arguit, eorumq́; rebellionem & contumaciam, quæ omnia ſub ſtultitiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

vocabulo comprehendit, quam in
vecordiâ, cæcitate & ſurditate
ipſorum ſitam non obſcurè indicat.
Deu. 29. Vix hoc ipſis perſuaſit vates:
Iere. 8. gloriabantur enim dicentes: ſapi-
entes ſumus, & lex Domini eſt a-
pud nos. Verum quidem eſt Deum
Pſ. 147. annunciaſſe verbum Iacob, iuſtici-
as & iudicia ſua Iſraëli: ſed magis
illi gloriabantur de libro ſacro le-
gis, quàm vero Dei cultu & vitæ
ſanctimoniâ doctrinæ libri ſe ac-
commodabant; ſicut etiam noſtro
ſeculo multi gloriantur, ſe vtri-
uſque teſtamenti libros biblicos
habere, eosque auro & argento
compingi curant: quaſi hoc ad æ-
ternam beatitudinem conſequen-
dam ſufficeret: cum interim nec
Deum ex animis ſyncerê colant,
neque

neq; vitæ emendationi ſtudeant.

Hanc itaq; gloriationem vehementi increpationis fulmine deſtruit, vocans eos ſtultos & inſipientes: atque ita quidem ſtultos, vt volentes inſipiant & delirent, vecordes, cæci & ſurdi. Eſa: 44.
Excordes inquit eſtis, quibus quamuis cor ſit, idem tamen ferè beſtiale eſt, malum, turbatum, auerſum. Neque tantum vecordes eſtis, ſed & ſocordes, ad ea quæ recta Ier. 17.
ſunt facienda ignaui, ad mala verò perpetranda promptiſſimi, quod & alio loco hic idem eis exprobrat. Adeò ſe in peccatis obfirmauerunt Hier. 4.
miſeri & infelices hi, vt nimia peccandi conſuetudine callum quaſi animis ſuis obduxerint, atque Deum ipſum hanc cordis auerſionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſionem latere ſomniârint. Magna ſanè hæc inſipientia illorum, quæ in terris inter homines geruntur videat: qualium cogitationum liber Eccleſiaſtes plenus eſt, & quotidiana exempla in conſpectu ſunt eorum, qui eô proſilierunt audaciæ,

Pſ. 94. vt dicere auſint: Dominus non videbit, neq; intelliget Deus Iacob; cum tamen non tantum exter-

Pſal. 7. na facta contempletur Deus om-

Iere. 17. niſciens, ſed etiam latebras humani cordis inſpiciat; contra quos inſurgens fulminat in Pſalmo Dauid, inquiens; intelligite inſipientes in populo, & ſtulti quando ſapietis, qui plantauit aurem non audiat? an qui finxit oculum non videat? Cæcos verò eos conqueritur, qui ad verbi diuini clariſſimam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

mam lucem oculos obnubilant, ne videant: eoſdem verò ad delitias huius mundi conuertunt, quibus magis delectantur, quam ipſo iuſtitiæ ſole. Mirùm itaq; non eſt, ſi eos poteſtas tenebrarum conſtrictos teneat, vt hæc illis poſtea lux inacceßibilis fiat.

Eodem redit, quod ſurdos eos appellet: ad conciones enim Prophetarum aures obturabant, verbum Domini faſtidiebant, & ſalutares doctorum admonitiones auerſabantur. Hæc igitur eſt illa inſipientia, hæc illa eorum ſtultitia, quòd corde non ſapiant ea quæ Dei ſunt, verbo eius ſeſe non accommodent, ſed idem reijciant, oculos à lege Domini auertant, atq; Eſa. 6.
aures ad conciones Prophetarum

 occlu-

occludant. Interea nō minus noſtro ſeculo hic morbus communis eſt: gloriamur de noſtra ſapientia, quæ ſapiētia ſaltē mundi eſt, atq́; ideo ſtultitia coram Deo: arbitramur ſatis

1. cor. 3. nos politicè prudentes eſſe & ſapientes: cum interim cor noſtrum vecors ſit, oculi cæcutiant, lucē in clara Euangelij luce non cernentes. Fugimus conſpectum Dei, quem ſicut videre nolumus, ita ab ipſo videri recuſamus: fodimus nobis cuniculos, vt lateamus à Iehouah dicen-

Eſa. 29. tes: Quis ſcit nos? quis videt nos? Ex his itaq́; liquet, quænam ſit vera illa ſapientia quam in ſuis fidelibus Deus requirit, nempe, verbum Dei audire, credere Deo, emendare vitam vitioſam, operam virtutibus dare: cor, oculos, aures à concu-

piſcentijs

piſcentijs huius mūdi auertere. Hāc demum veram eſſe ſapientiam, ſtultitiam verò eſſe verbum domini reijcere, & audire nolle, multis ſcripturæ teſtimonijs comprobari poſſet, niſi nobis neminem ſanæ mentis de his dubitare perſuaderemus. Studeamus itaq; huic ſapientiæ, miſſā facientes ſapientiā illā mundi & carnis, ne eius faſcinati fiducia, à vero ſapientiæ omnis fonte deficiamus.

Deut. 4.
Ier. 8.

DE SECVNDA Parte.

An me non timebitis dicit Dominus: an à facie mea non contremiſcetis? Qui poſui arenam terminum mari in ſtatutū perpetuum nè tranſeat eum, ſæuiunt quidem fluctus eius, ſed non præualebunt, intumeſcent, ſed non tranſibunt ipſum.

In-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Incendit nunc ſecundo loco magis orationem ſuam Propheta, & acs cuſationem auget facta collatione, obſequij fluctuum maris quamuis turbulentiſsimi, ad immorigeram gentis Iudaicæ tergiuerſationem. Oſtendit autem rebus inanimatis magis rationis ineſſe, quàm homis nibus; cùm mare terminos ſuos cuſtodiat, ipſi verò rebellent, & huc illuc indomiti tranſiliant. Sens ſus verò verborum hic eſt ſimplis ciſsimus: Mirum eſt vos Domis num non timere, neq; à facie eius contremiſcere, cum elementa ratios nis expertia ad nutum ipſi obſes cundanter obtemperent, ſic enim dicit Dominus: poſui mari termis nos, non murum adamantinum, ſed arenam leuiſsimam, attamen dū exas

exagitatur tempeſtatibus, & tur-
batur, non transgreditur fines
ſuos, ad quos dum propius accedit
retrorſum vergit. Simul autem
hîc exponit ingens hoc Dei benefi-
cium, quo totum terrarum orbem,
mirabiliter contra impetus & in-
curſus aquarum vndiq; propenden-
tium conſeruat: quâ de re cum ex
profeſſo hîc Propheta agere non vi- Iob. 36.
deatur, remitto pios ad lectionem Pſal. 33.
Hiobi & Dauidis, qui de ſingu- 104.
lari Dei beneficio præclarè & qui-
dem cum gratiarum actione diſ-
ſerunt.

Porrò non potuiſſent non ru-
bore ſuffundi ad hanc comparatio-
nem Iudæi, niſi animus fuiſſet ijs
ſtupidus & cor adamante durius:
Quid enim poterat ijs magis igno- Zach. 7.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

minioſum obijci, quàm quòd ipſos fluctus maris obſequio in Deum creatorem ſuum vincerent, qui arenam quamuis fragilem, & inſtar pulueris diffluentem non tranſeunt: Populus verò hic ne quidem legibus firmiſsimis contineri & coërceri ſuſtineret. Ad hunc modum aliâs ſæpe in ſcripturis, infra creaturas irrationales impios tales deijcit, vt qui tam intellectu, quàm debito in Deum obſequio & honore ab ijs vincantur. In Eſaia DOMINVS vehementer in populum ſtupidum & rebellem in-
Eſa. 1. *uehitur, inquiens: Agnoſcit bos Dominum ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, at Iſraël me non agnoſcit, neq́ populus meus intelli-*
Iere. 8. *git. In Propheta hoc noſtro, volu-*

cribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

cribus cœli in eo inferiores tales
eſſe exclamat: quod illæ tempus pro-
fectionis ſuæ norunt, quando vi-
delicet ſibi ad rigorem hyemis decli-
nandum, eundum & redeundum
ſit: at populus meus, inquit, iu-
dicium Domini ignorat. Ibidem
cum equo indomito & in prælium
exundante eos confert, qui in furo-
rem conuerſus, nec hoſtes nec
haſtas metuit, ſed hoſtili impe-
tu in aciem furibundus fertur.
Ita, ait, vnusquiſq; veſtrûm in
ſuum effunditur curſum, vt cupi-
ditates ſuas ſectetur, iiſque in-
dulgeat. Aliàs ſæpe in Pſalmis
impios canibus, leonibus, ſerpenti- Pſ.17.22.
bus, viperis confert, quos cum gen- 57. 58.
tibus cõferre non dignatur. Ampli-
ficant autem hæ comparationes de-
fectionis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*ſectionis crimen, idq́ in filijs A-
brahæ & populo Dei, quibus ta-
men ipſe Deus legiſlator fuit, atq́
ad eos deſcendit: quo nomine eos*
Deut: 4. *Moſes extollit, quod non ſit alia
natio tam grandis quæ ita ſibi De-
os appropinquantes habeat, ſicuti
ipſis Deus adfuit: nec aliqua gens
tam inclyta, quæ habeat ceremoni-
as iuſtaq́ Dei iudicia, & vniuer-
ſam legem, ſicut populus hic.*

2. Reg. 25. 2. Par. 36. *Deploranda eſt hæc itaq́ in
populo Dei inobedientia & tergi-
uerſatio, quæ cauſa fuit triſtiſſimi
iugi Babylonici, adeoq́ excidij
totius gentis. Neq́ noſtri obliuiſ-
camur, quaſi nos intactos prætere-
at Propheta. Laborant ſiquidem
inter nos plurimi, tàm lethali ſtu-
pore, quàm rebellione obſtinata,*

con-

contemtu item verbi & Sacramen-
torum: Regnat Satanica illa Simo-
nia, quæ miſeris Eccleſiis non pa-
rum officit: opprimuntur ſubditi ex-
actionibus & oneribus inauditis,
fatiganturq́; laboribus ferè ægypti-
is: vſurâ illicitâ deuorantur domus
viduarum & pupillorum: proximì
pauci rationem habent, ſed eum ex
alto deſpiciunt & ſubſannant, vel
ſaltem in extrema eius inopiâ &
anguſtijs negligunt. Voluptu-
antur alij, nihil eorum intermit-
tentes, quæ ad carnis deſideria ex-
plenda ſpectant. Interim Dominus
nobis in verbo pœnitentiam occinit,
à cuius facie contremiſcere nos o-
porteret, eumq́; timere: nos verò
ruptis omnium legum tàm diuina-
rum quàm humanarum repagulis,

pro libidine noſtra obſtinationi in-
indulgemus. Hæc eſt noſtri ſecu-
li contumacia. Flectamus itaq;
Pſal. 32. *corda noſtra poſthac in obſequium*
Deo: nec ſimus tanquam equus
& mulus, quibus non eſt intelle-
ctus; ſed limitibus verbi Dei
contineamur, neq; ſinamus nos à
beſtijs & inanimatis vinci: vinca-
mus verò nos eas omnes piâ er-
ga DEVM reuerentiâ & obedi-
entiâ.

DE POSTREMA Parte.

At populus iſte habet cor decli-
nans & rebelle: declinauerunt
& abierunt.

Hic denuo conqueritur Do-

minus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

minus de apoſtaſiâ populi ſui, eo-
rumq́; impœnitentiam, cum fœda
beneficiorum eius obliuione coniun-
ctam, emiſſis quaſi lachrymis de-
flet. Iuſto autem dolore hæc con-
queſtum eſſe Dominum ex ijs quæ
ſuprà dicta ſunt liquidò conſtat.
Non enim ex imbecillitate & igno-
rãtiâ in peccata prolapſi ſunt, quem-
admodum dictum eſt: ſed ſponta-
neâ defectione, & datâ operâ, à
ſcopo illo ſalutari, in quem dirigen-
da erat eorum vita, curſum ſuum
retrò flexerunt, legem, adoptio-
nem, verum Dei cultum, & om-
nia pietatis exercitia, auerſione
contentioſa, & contumaci reſpuen-
tes. Porrò ſicut nimis verè hæc
de Iudæis, qui ſub Ioſiâ vixerunt
dicuntur: Ita & in filijs impijs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

pientiſsimi Regis poſtea impleta
ſunt, quorum fuit cor declinans &
rebelle, Malum enim in oculis Do-
mini fecerunt. Quin & in ipſos
prophetas crudeles fuerunt, quem-
admodum de duabus illis peſtibus,
Ioachimo & Zedechia expreſſè
teſtantur poſteriores libri Regum
& paralipomenôn, quorum ille
Ier. 26. Vriã Prophetam ex Ægypto re-
tractum interfici, corpusq́; eius abs-
que honore inhumatum abijci man-
dabat, hic verò Ieremiam aliquo-
Iere. 32. ties in tetros coniectum carceres
crudeliſsimè tractabat: vt iam ta-
ceam ſacerdotum inhumanitatem,
qui ipſum verberibus cæſum, vnà
cum plebe ad mortis ſupplicium ex-
poſcebant.

Quòd verò addit, eos declinaſſe
&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

& abiiſſe, id populo ignorantiæ laruam excutit. Volunt enim vt plurimum homines culpam extenuare, quaſi non fuerint ſatis clarè vel in tempore edocti. Excuſationem itaq; eis præſcindit, inquiens: Declinauerũt & abierunt: nõ quòd non aliter edocti fuerint, ſed quòd non voluerint Deo vocanti parêre.
Similis eſt querela Domini in Zach. 7.
Zacharia: Noluerunt attendere, ſed aduerterunt ſcapulam recedentes &c.
Et in Ieremiâ alio Iere. 2.
loco dicit Dominus: ipſos deſeruiſſe ſe fontem aquæ viuæ &c. Ose. 13.
Atq; hoc eſt quod Oſeas ait: Perditio tua ex te eſt Iſraël.

Hæc vtinam de nobis hodie quoq; nõ dicerentur. Præcipitamus nos in peccata proni, inuitamus e-

tiam noſtro exemplo alios ad peccandum: neque ſatis eſt nobis ex infirmitate labi, quinetiam Dominum DEVM peccatis ſpontaneis ad iram in nos prouocemus. Studeamus itaque emendationi & meliori vitæ. Accedit huic apoſtaſiæ, impœnitentia & beneficiorum DEI obliuio, de quibus ſubditur in textu.

Non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat pluuiam matutinam, & ſerotinam, in tempore ſuo, iuramentis ſtatutis meſſem ſeruat nobis.

Hîc de impœnitentia gentis Iudaicæ concionatur Propheta, oſtendens adeo deploratam fuiſſe

illo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

illorum vitam & corruptelam: vt
nihil minus, quàm de timore
DEI cogitauerint, vel verbu-
lo atteſtati ſint ſe peccaſſe di-
cendo: quid feci? quemadmodum Iere. 8.
alio loco Propheta conqueritur.
Huic eorum impœnitentiæ con-
iungit obliuionem bonorum tem-
poralium, quibus eos annuatim
benigniſſimus DEVS ornaue-
rat. Quaſi diceret Propheta: ſi
ſpiritualia illa, quibus â DEO
donati ſunt nempe lex, adoptio,
cultus veri DEI, non poſſent
eos ad agnoſcendum & timen-
dum DEVM, mouere: at ſaltem
temporalia hæc meritò excitarent.
Ita enim naturâ comparatum
eſt, vt magis terreſtrium quam
cœleſtium deſiderio homo afficia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

tur. Vos verò inquit Dominus, nec temporalium neq; ſpiritualium bonorum affluentia excitare poteſt, vt ad Deum veſtrum conuertamini. Proſpicit vobis Dominus quo ad vitam hanc, de neceſſarÿs quibuscunq;, dat vobis pluuiam matutinam, & ſerotinam, meſſem ſeruat vobis, lacte & melle fluit hæc terra veſtra: Interim tamen pauci veſtrum ſunt, qui hoc à Deo proficiſci agnoſcunt, multò minus verò ad ipſum reuertuntur aut peccatis renunciant. Et quia obÿci Prophetæ poterat ipſum ſplendidè quidem de plenitudine meſſis, & abundantia rerum temporalium diſſerere, cùm tamen ſæpiſsimè contrarium experirentur, terraq; malignè ſubinde laboribus eorum reſponderet:

ſponderet:

*ſponderet : hîc itaq́ue occurrit re-
ſpondens.*

Iniquitates veſtræ declinauerunt
hæc, & peccata veſtra prohi-
buerunt bonum à vobis.

Temporales ſiquidem benedi- Deut. 11.
ctiones à Domino in Moſe promit- Eſa. 30.
*tuntur diligentibus Deum & ſer-
uantibus mandata eius, non autem
rebellibus & cõtumacibus: econtrà
irati eſſe Dei iudicia aſſeuerat Mo-
ſes pluuiarum retentionem. Et a-
libi: Si non audieritis verbum* Leu. 26.
*meum, efficiam ipſum cœlum fer-
reum, & terram ferream: Et ſic
paßim in Prophetis. Quòd itaq́ue
ſubtrahantur vobis bona hæc tem-
poralia (inquit) id peccatis veſtris
& non mihi imputate.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Nobis hæc applicemus, qui quamuis rariſſimè de pœnitentia agenda cogitemus, Deum tamen ad nobis benefaciendum obligare volumus. Et ſi quando nobis ea obtingunt, vel noſtris laboribus & meritis aſcribimus, vel fortuito caſu euenire arbitramur. Si verò ad nutum noſtrum nobis omnia non eueniunt, murmuramus & fremimus. Redeamus itaque ad nos, conuertamur ad Dominum: ne oberremus planè, quamuis hactenus errauimus. Memores ſimus excellentiſſimæ exhortationis Dauidicæ, quam ad ſua tempora accommodauit apoſtolus ad Hebræos. Hodie ſi vocẽ eius audiueritis &c. Ardentibus apud Deum precibus inſtemus, vt ſtultitiam

Pſal. 95.
Heb. 3.

tiam

tiam noſtram corrigat, corda noſtra in obſequium ſui flectat: vt ſpontè ac libenter pijs monitis pareamus, ipſíque pro beneficijs tàm ſpiritualibus quàm temporalibus toto pectore gratias agamus, & in patientia aduerſa feramus. Illuminet nos DEVS ſuo ſpiritu, & vitam noſtram poſthac ſibi clementer conſecret.

✝ ✝ ✝

AMEN.

CON-

CONCIO SECVNDÆ
diei.

Sophoniæ, 2.

Conuenite, congregamini gens non amabilis.

Priusq́ pariat iuſsio tanquam puluerem tranſeuntem di-em, antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, an-tequam veniat ſuper vos dies indignationis Domi-ni.

Quærite Dominũ omnes man-ſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati: quærite iu-ſtum: quærite manſuetum: Si quo modo abſcondamini in die furoris Domini.

ENARRATIO.

Heri audiuimus, quomodo

Iu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Iudæos adeoq́; nos omnes Propheta obſtinationis, impœnitentiæ, ingratitudinis, & grauium ſcelerũ plurimorum conuicerit. Porró quò aſperior eſt Deus, dum nos obiurgat & peccata noſtra nobis ob oculos ſiſtit, iramq́; ſuam proponit, eò manifeſtior eſt ipſius in nos bonitas & miſericordia. Non enim nos increpat, vt damnet, ſed vt ad ſe retrahat, pœnitentiam in nobis ſeriam excitet, & reſipiſcentibus gratiam ſuam conferat.

Audiamus igitur ex Sophonia dulciſsimam clementiſsimi Dei ad pœnitentiam inuitationem, qua popopulum hortatur, vt peccatis renuncient, & in tempore ad Deum confugiant, dum adhuc pateant miſericordæ ipſius fores. Propo-

nit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

nit autem & commendat omnibus peccatoribus ineffabilem Dei miſericordiam, ne in peccatis deſperent: ſed eadem agnoſcentes & in verâ humilitate Deo confidentes reuertantur ad Dominum. Locos autem hac concione duos proponemus.

Primus erit dulciſsima ad veram confeſsionem inuitatio propoſitâ ſpe veniæ.

Secundus erit ſeria ad nouitatem vitæ & pietatis exercitia cohortatio, cum promiſsione liberationis ab omnibus malis.

DE PRIMO.

Conuenite, congregamini gens non amabilis.

Seria eſt hæc ad pœnitentiam ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

exhortatio, quam non in occulto fieri vult Dominus, ſed in publico Eccleſiæ congreſſu, atque ab vniuerſo populo, quia non priuatim tantùm quisq; pro ſe deliquerat, ſed totus populus coram Deo reus erat. Principe itaq; loco, Deum loquentem in medium adducit, quod ex ſuperiori huius Prophetæ capite ſatis apparet: in quo verbum Domini factum ad ſe eſſe dicit. Quod ideò nobis diligentius obſeruandum erit, vt eò certior, verior, & magis ſalutaris propoſita appareat & dulceſcat medicina. Quid enim magis conſolatorium eſſe poterit, quàm quòd Dominus etiam rebelles peccatores ad pœnitentiam inuitare dignetur, inquiens, conuenite, congregamini.

Neq;

Neq; de Deo quidquam ex-
cellentius dici à nobis poterit, quod
eius inexhauſtam miſericordiam
magis commendet, quàm quòd de
illorum ſalute ſollicitus ſit, qui ſe
vltrò ab eius gratia abdicauerant,
& ſpontaneam ab ipſo diſceſsionem
fecerant. Cuius ſtudij verè pater-
ni exempla plurima inde vſq; à re-
rum origine edidit, tàm in Ada-
mo, quàm Abrahamo idololatra,
Iſraëlitis Idololatris per Moſen in
viam reuocatis, in Dauide & Ma-
naſſe, imò in ipſa gentium voca-
tione. Hæc itaq; ſicuti nos docent
2. Ti. 2. pœnitentiam Dei donum eſſe, qui
ad illam nos in verbo inuitat, eam-
que in nobis per ſpiritum ſuum o-
peratur: ita bonitatem Dei ſimul in
nos commendāt. Qua propter agen-

dæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

dæ ſunt Deo gratiæ, qui nos quãuis, enormes peccatores inuitare & vocare non dedignatur. Deinde medicinam ſalutarẽ omnibus Dei minis & peccatorum pœnis auertendis prorſus neceſſariam proponit. Eſt hæc ſeria & vera reſipiſcentia, quæ in verbis conueniendi & congregandi includitur, de quo conuentu in Ioële Dominus loquitur: conuocate populum, ſanctificate cœtum, coadunate ſenes &c. & dicant, parce Domine, parce populo tuo: Ita & hîc indicit Sophobonias publicum Eccleſiæ conuentum, non ad oſtentationem, vel propter receptam quandam conſuetudinem, ſed ad confitenda peccata in vera humilitate. *Alij* exponunt: *Scrutamini vos ipſos,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

quod non inconcinè ad propoſitum
Prophetæ quadrat. Eſt enim
hoc veræ pœnitentiæ initium ſe-
ipſum examinare, & ſeriò peccati
ſenſu affici, propoſito Dei tribu-
nali, eiusq́ minis, & legis diuinæ
ſententijs: ita tamen, vt ſecundum
2.Cor.7. Deum ſit noſtra triſtitia, quæ ſo-
la hoſtia illa ſpiritualis eſt, Deo
offerenda, multumq́ differt ab im-
piorum conſternatione & eiula-
tu. Ad hos pauores autem cum per-
uentum fuerit, cauendum erit ne
illis adhæreſcamus: ſed longius
progrediendum eſt, nempe ad Dei
promiſſiones, eiusq́ miſericordiam
in Chriſto nobis patefactam. Fides
enim pœnitentiæ baſis eſt ſeu fun-
damentum: quo niſi cor mœſtum
& anxiũ niteretur, non poſſet ſub-
ſiſtere,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſiſtere, ſed fugeret Deum, indiesq́;
longius recederet, & tandem deſpe-
ratione opprimeretur. Oritur qui-
dem in vera conuerſione mirabilis
quædam lucta inter metum &
fiduciam, inter ſpem & deſpera-
tionem: Verum cum fides armata
ſit Euangelicis promiſſionibus, &
vndiq́; meritis Chriſti nixa & ſuf-
fulta, facilè gratiâ Dei victrix e-
uadit, ſuperatq́; dubitationes & tre-
pidationes: Inſuper etiam remiſſio-
nem peccatorum apprehendit, intu-
ens in perfectiſſimam obedientiam
& victimam filij Dei, ſentitq́; pacē
illā in Deo acquieſcentem, & verā
cordis lætitiam. Habes tam ſeriæ Luc. 15.
conuerſionis illuſtre exemplum in
filio prodigo, quem nos imitari de-
cet, peccata deplorando, ad Deū pa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

trem noſtrum confugiendo, am-plexuſq; eius deſiderio deſiderando. His nunc poſtremò ſpes veniæ conſequendæ in textu ſubijcitur.

Priusquam pariat iuſſio tanquam puluerem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos dies indignationis Domini.

Vrget hîc iterum pœnitentiam à circumſtantia temporis Propheta, ex qua demonſtrat, tempeſtiuam adhuc fore pœnitentiam, quæ poſtea, idq; breui tempore, inutilis & intempeſtiua futura ſit. Atq; hoc illud eſt, quod Corinthijs ſuis inculcat Paulus, ne in vacuum
2.cor.6. *gratiam Dei recipiant, id eſt, ne tantum opportunitatem acceptandi*

be-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

beneficia Dei eiusq; miſericordiam à ſe repellant, vbi & Eſaiam lo- Eſa. 49.
quentem adducit inquiens: Dicit enim Dominus, in tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis ſuccurri tibi. Vt autem auditores ſuos Propheta ad acceptandum tempus hoc acceptabile & opportunum magis incitet, ita ſimul orationem temperat, vt inſtantem diem furoris Domini illis proponat, volens non ſolum eos allicere, ſed etiam impellere, vt è ſomno excitati, ſalutem præſentem non negligant.

Docet itaq; non eſſe euanidas minas Dei, quamuis eas impij ſubſannent & irrideant. Veniet tamen dies, inquit, in qua doctrina hæc comminationum fiet iuſsio vel

decretum, quod tandem effectu ſuo non carebit. Decretum autem vel iuſsionem vocat comminationum cōciones per Prophetas populo propoſitas, quas tandem parituras eſſe pœnas, quas prædixerant, minatur. Sicut enim in vtero fœtus latet, qui tamen exacto iuſto tempore in lucem prodibit: ita inquit, comminationum effecta aliquando à Deo, iuſto ſcelerum vindice, progredientur. Atq́ iſte dies vocabitur dies iræ & furoris Domini, in quo minæ Domini pœnas parient:
Pſal. 1. Tunc enim impij, ſicut ſtupæ à vento valido in aërem diſijciuntur, vel ſtipulæ ab igne conſumuntur, à facie Domini peribunt. Hæc exaggeratio non eſt ocioſa aut inanis ventilatio, quæ nō Iudæis ſolum,

modo,

modo, ſed nobis omnibus & ſingulis maturè reſipiſcendum ſuadet: atque vtinam non ſuaderet modò, ſed & perſuaderet: vt tempus acceptum & diem ſalutis agnoſcentes, citato curſu ad Dominum properaremus, priusquam veniat dies furoris Domini.

Sequitur nunc ſecundus huius concionis locus, qui hortatur ad nouitatem vitæ, addita promiſſone liberationis ab omnibus malis.

> Quærite Dominum, omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtum: quærite manſuetum: Si quo modo abſcondamini in die furoris Domini.

Iubet nunc Propheta nos, Deo re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

reconciliatos, ei hoſtiam nouæ obedientiæ & veræ ſanctimoniæ offerre. Id quod Paulus vocat, militare bonam militiam, vt retineatur fides & bona conſcientia. Et quia non eſt æqualis profectus omnium, quibus concio pœnitentiæ proponitur, ſolos hîc manſuetos alloquitur, non dubitans aliquos pios in magno illo malignantium cœtu eſſe, quibus pietas & timor Domini cordi ſit, hosq́ exhortatur, vt ab hac oberrantium multitudine ſe ſeparent, & in nouitate vitæ ſe totos Deo conſecrent. Hi itaq́ ſunt manſueti illi, qui per pœnitentiam & ſeriam conuerſionem Deo morigeri ſunt facti, dum ſenſu iræ diuinæ humiliati & comminationibus eius territi, cicurari ſe

1. Ti. 1.

paſſi

paſſi ſunt, ſicut cicuratur vitulus
indomitus. In his excitare nos Iere. 31.
uam obedientiam vult, cuius pri-
mum eſt Deum quærere. Exerci-
tia enim pietatis requiruntur ab his
qui conuerſi ſunt, vt in verbum
Dei vnicè intenti, ipſius gloriam
& honorem, quantum poterint,
prouehant, quod futurum eſt, de-
ſiderijs carnis renunciando, & vo-
luntati Domini pio obſequio obtem-
perando. Deinde iuſtum ſeu iuſti-
tiam quærere ſuadet, nempe vt non
ſolùm ſynceritatem cordis Deo pro-
bemus, ſine qua ei nihil acceptum
eſt: Sed & vt æquitatem & cha-
ritatem nobis in ſecunda tabula
mandatam ſartam tectam conſer-
uemus, cuius ſe effecta tam ad ma-
giſtratum quàm ad quoſdam pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

uatos extendunt, quos cupiditatibus ſuis frena inycere hîc iubet, ne quid charitatis & iuſticiæ legibus contrarium deſignent. Iſta enim ratione inter DEVM & homines benè conueniet, ſi iuſtitiam ſequi & colere velint. Quâ de re Eſaias loquens inquit, iuſtos re-
Eſa. 33. cta loquentes, lucrum ex vi & calumnia aſpernantes &c. in excelſis habitaturos.

Verum enimuerò, quoniam periculoſiſſima, & omnium calamitoſiſſima tempora nouiſſima futura præuidet Sophonias, inprimis autē iuſticiæ, & veritatis cultoribus, vitamq́ humanam multis anguſtijs & calamitatibus abundaturā: ſubiungit noiblißimam doctrinam & cohortationem de patientia & ve-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ra ſub cruce humilitate: hoc enim
hîc manſuetum appellat, ſub
manu potenti Domini humiliari, 1.Pet. 5.
non in ærumnis obmurmurare,
ſed patienter ferre caſtigatio-
nes Domini, & animis compoſi-
tis eam liberationem expectare,
quam in verbo ſuo promittit. Huc
illud Apoſtoli ad Heb: Patientia, Heb. 12.
inquit nobis opus eſt, vt cum vo-
luntatem Dei fecerimus, reporte-
mus promiſsionem: Item illud Chri- Luc. 21.
ſti, per patientiam poſsidete animas
veſtras. Quò etiam præclara illa D. Iac. 5.
Iacobi de patientia concio pertinet.
Hæc nobis applicemus: ſimus man-
ſueti, & quæ nobis Deus aduerſa
immittit patienter feramus. Poſtre-
mò ſpē ſalutis, & diuinæ à periculis
liberationis facit omnibus huic vitæ

nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

nouitati ſtudio diligenti incumben-
tibus, veræq; pietatis, iuſtitiæ &
humilitatis cultoribus: Videlicet
fore vt omnibus malis diuinâ cle-
mentiâ eximantur. Abſconſio-
nem autem pollicetur, nempe ſub
alis & protectione Domini, inqui-
Pſal. 17. ens. Si fortè abſcondamini: non
vt promiſsionem diuinam in dubi-
um reuocet: Sed partim, vt hac
loquendi formâ pios excitet, vt
pluris faciant Dei gratiam, quàm
miraculum liberationis à malis tem-
poralibus: neq; enim abſconſionem
à pœnis peccati temporalibus, niſi
cum conditione beneplaciti Dei pe-
tere licet. Partim verò vt impios
ſtimulet, ad quos hoc liberationis
beneficium non ſpectat. Si enim
1.Pet. 5. iuſtus vix liberatur, impius &
pec-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

peccator vbi comparebit? Prode-
rit itaq; nobis in horum, quæ nunc
dicta ſunt conſideratione verſari,
ſæpiusq; in congregatione ſancto-
rum peccata noſtra confiteri, pœ-
nas imminentes deprecari, & vi-
tæ nouitati ſtudere, nempe pietati,
iuſticiæ & patientiæ, expe-
ctantes ſalutarem ab om-
nibus malis libera-
tionem, deniq; co-
ronam vitæ.

† † †

AMEN.

CON-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

CONCIO TERTIÆ diei.

Pſal. 20.

1. Exaudiat te Dominus in tribu-
latione, protegat te nomē Dei Iacob.
2. Mittat auxilium tibi è ſanctua-
rio, & è Sion tueatur te.
3. Memor ſit omnis ſacrificij tui,
& Holocauſtū tuum pinguefaciat.
4. Tribuat tibi ſecundum cor tuū,
& omne conſilium tuum impleat.
5. Lætabitur in ſalute tua, & in no-
mine Dei noſtri vexillum erige-
mus, impleat Dominus omnes pe-
titiones tuas.
6. Nunc cognoui quoniam ſal-
uum fecit Dominus Chriſtum ſuū,
exaudit illum de cœlo ſancto ſuo, in
fortitudinibus ſalutaris dexteræ ſuæ.
7. Hi in curribus & hi in equis, nos
autem in nomine Domini Dei no-
ſtri inuocabimus.

Ip-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

8. Ipſi proſtrati ſunt & cecide-
runt, nos autem ſurreximus & e-
recti ſumus.
9. Domine ſerua: Rex ille exau-
diat nos in die qua inuocauerimus
eum.

ENARRATIO.

*Non poteſt homo in hac imbe-
cillitate ſatis intelligere, quantus
ſit theſaurus, inexhauſta miſeri-
cordia DEI, in miſeros peccato-
res, cui reliqui omnes theſauri mun-
di non ſunt conferendi: quòd quam-
uis Deum à nobis peccatis noſtris
auertimus, ipſe tamen pro ſua bo-
nitate vltro ſe nobis offert, nosq́;
ad ſe vocat & pertrahit, adeoq́;
extenta nobis brachia porrigit,
vt redeamus & gratiam conſe-
quamur: tenerrimè enim Eccleſiam*

ſuam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſuam diligit, quam precioſo filij ſui ſanguine redemptam ſolus ipſe poßidet. Porro cum certò nobis de miſericordia Dei, deq́; remißione peccatorum propter Chriſtum conſtet, de quibus heri diximus: reliquum nunc eſt, vt etiam verè ſtatuamus ex eâdem Dei in nos miſericordia & benignitate, cætera eius beneficia ceu riuulos ex fonte vberrimo profluere. Si enim ex mera bonitate nos in vitæ æternæ poſſeßionem introducit, quare non illa quæ ad hanc vitam conſeruandam ſpectant daturus ſit?

Impetrantur verò hæc, pijs ijsq́; aßiduis precibus, quas ſe in nomine vnigeniti ſui filij exauditurum, in verbo promittit: neq́; tantum promißione exauditionis nos

allicit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*allicit, ſed etiam ſeriô nobis nomi-
nis ſui inuocationem demandat,
eamq; tanquam munitiſsimam ar-
cem nobis proponit, in quam nos
recipiamus, vt ab omnibus hoſti-
um furoribus liberemur. Incum-
bit autem nobis hoc tempore, ſi vn-
quam aliâs, maxima precandi ne-
ceſsitas: Iacent enim multis in lo-
cis orbis Chriſtiani, afflictæ, vexa-
tæ, proſtratæ Eccleſiæ, Regna &
Politiæ triſti confuſione turban-
tur. Hæc ne nobis quoq; eueniant
Deo ardentibus votis ſupplicare ne-
ceſſe eſt, vt nos ab anguſtijs & de-
ploratis calamitatibus clementer
ſartos tectos conſeruet, ſuæq; Eccle-
ſiæ, quam in his Regnis & ducati-
bus collegerat, læta halcyonia be-
nignè concedat, quorum pios Gu-*

E *bernatores*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

bernatores precibus Deo cōmēdare in Pſalmo præuius docebit Dauid.

Partiamur autem eum in duas partes. Prior eſt fauſta populi comprecatio, & pium votum pro regibus & omnibus magiſtratibus vnà cum gratiarum actione, pro paterna Dei cura erga Eccleſias & Politias: atq́ hæc pars primis ſex verſibus continetur.

Poſterior eſt grauiſſima reprehēſio ſtultæ fiduciæ in humana præſidia, cui illuſtre Epiphonema Pſalmum claudens additur: atq́ hæc tribus poſtremis verſibus abſoluitur.

PRIOR PARS.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

Nō moretur Eccleſia impios & profanos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

fanos Dei contemptores, qui ſicuti omnia, quæ Dei ſunt faſtidiunt & calumniantur, ita etiam pias, pro Eccleſiarum & Regnorum ſalute preces irrident. Chriſti verò fideles ſciunt, non ſolum exercitium eſſe pietatis, ad Deum preces fundere: ſed etiam ſummè neceſſariam eſſe piam nominis diuini inuocationem, vt quæ fructus longè vberrimos, tàm ad hanc vitam tuendam, quam ad futuram aſſequendam, vtiles ſimul & neceſſarios producit: neq; enim vlla eſt res efficacior ad obtinendum & retinendum tranquillum Eccleſiæ ſtatum quam pia vota. Semper autem in cõſpectu ſit veteris Eccleſiæ erga magiſtratum pietas & reuerentia vt quæ facilè intellexit, non poſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Regna & ditiones abſq; benedictio-
ne & protectione diuina feliciter
Gen.20. gubernari. Precatus eſt Abra-
Ier. 29. ham pro Abimelech, Ieremias iu-
bet Iudæos exules pro Rege & toto
Regno Babylonico orare, quia in
pace eius, inquit, erit pax vobis.
Populus Dei benedixit Ioſuæ in-
Ioſu: 1. quiens: Sit Iehouah Deus tuus te-
cum, quemadmodum fuit cum
Moſe. Neq; irritas fuiſſe piorum
preces liquidô conſtat, vt quæ non
tantum à Deo pacem & tranquil-
litatem impetrauerint, ſed etiam
iram Dei in hoſtes excitauerint.
Ne itaq; cunctemur, ſed Dauidis
exemplo excitati, videamus quo-
modo, & quâ formâ (quam hic
præſcribit Pſaltes) nobis pro ſalu-
te tàm Regnorum quàm totius Ec-
cleſiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

cleſiæ orandum ſit, certò perſuaſi
nullam tantam vim vnquam futu-
ram, quæ non valido precationis
iaculo configetur & euertetur. Eſt
autem primus hic verſus, petitio
defenſionis, auxilij & liberatio-
nis in die tribulationis, in quâ vt
exaudiat & protegat Regem ſuum
Dominus, precatur Eccleſia. Vbi
primum monentur Reges & prin-
cipes, non eſſe in rebus ſecundis
proſperæ fortunæ confidendum,
tanquam nunquam eſſent euentura
aduerſa.

Diabolus enim non ceſſat tam
pijs gubernatoribus, quàm ſaluta-
ri gubernationi inſidiari, vt qui no- Eſa: 49.
uit eos Eccleſiarum eſſe nutritios,
regna verò eorum Eccleſijs hoſpi-
tia præbere: ideoq́ magno impe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

tu in nos irruit, vt tàm Reges quàm Regna varijs calamitatibus implicet. Excutiant hæc regibus ſecuritatem, ne in pace & tranquillo Regnorum ſtatu luxurient, voluptuentur, & ſuperbiant; ſed potius in pietate & vera Dei inuocatione officium faciant. Deinde & hoc verſu erudiantur: ne animos deſpondeant, ſi quando eos periclitari contingat: ſed ad Dominum Deum decurrendum eſſe atq; inuocandum nomen Dei Iacob.

Mittat auxilium tibi è ſanctuario,
& è Sion tueatur te.

Hic idem votum repetit Eccleſia, ſed non eſt inanis aut ſuperuacanea hæc repetitio: fide enim in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

intuetur promiſsiones diuinas qui- Exo. 25.
bus pollicitus eſt ſe habitaturum
in medio populi ſui. Sub ſanctuarij
enim & Sionis nomine arcam fœ-
deris intelligit, quam in teſtimo-
nium præſentiæ ſuæ DEVS pri-
mum in tabernaculo deinde in Hie-
ruſalem collocauit. Docentur his
qui magiſtratum gerunt, ab Ec-
cleſia non recedere, neque verbum
& promiſsiones diuinas vilipen-
dere; ex quibus ſolis conſolatio-
nes in ærumnis, ſi quas DEVS
immiſerit, hauriant; ſed magis
ſacro vinculo huic fœderis arcæ,
quæ eſt Eccleſia Chriſti ſe deuin-
ciant, eiusq; pios Doctores benig-
nè amplectantur, vt qui doctrinam
verbi ſalutarem proponunt: ſine qua
in imperijs omnia Deo diſplicent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Neq; dubitent quin Deus, cuius Eccleſiam amant, eos de cœleſti ſuo ſanctuario libenter ſit exauditurus, & præclaram contra omnes hoſtes victoriam daturus.

Memor ſit omnis ſacrificij tui, & Holocauſtum tuum pinguefaciat.

His verſus Deo commendat pias principum intentiones, labores & conſilia, quibus gloriam Dei propagare & Eccleſiam in vera ipſius agnitione promouere ſedulò incumbunt, quiq; aßiduis precibus ad Deum pro Eccleſiæ & Regnorum ſalute & incolumitate piè inuigilant. Hæc ſunt illa Holocauſta, hæ oblationes, quibus Deus non minus (ſublatis figuris)

hoc

hoc tempore delectatur, quam olim ijs quæ per Moſen populo ſuo præceperat. Subditorum porrò erit, tales gubernatorum oblationes Deo commendare, qui ſucceſſus præbeat, vt ſub his vera religio propagetur, ſcholæ quæ ſunt Eccleſiæ ſeminaria tegantur, exerceaturq́ iuſticia & iudicium, in odorem bonæ fragrantiæ Domino.

Tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum impleat.

Cum in manu Domini ſit cor Pro. 21.
Regis, petit Eccleſia vt idem Deo ſit commendatum, cuius deſideria ipſe ſolus implere poteſt, & conſilia eius proſperare. Hîc denuò Regem deſcribit ſpiritus ſanctus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

non ambitioſum, auarum aut omnigenis voluptatibus diffluentem, ſed cuius deſideria publicam tranquillitatem, & populi ſalutem, poſt Dei gloriam vnicè reſpiciunt. Multi vero principes putant populum propter ipſos conditum eſſe: vt eorũ luxum alant, omnia bona populi ſua eſſe putantes; ideoq́ue impia ſunt eorũ deſideria. Lõgè aliter verò Pſaltes noſter de ſe ſentit & iudicat in Pſalmo vbi caulæ, vnde eum tulit Dominus, meminit. Sicut alio loco quoq; ſcriptum eſt, Dauidem cognouiſſe, quod Dominus confirmaſſet eum Regem ſuper Iſraëlem. Quare autem regem Dominus eum conſtituerit, Regina Sabæa monet eũ inquiens, quia diligit Deus Iſraël & vult ſeruare eum in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

æternum : idcircò poſuit te ſuper
eum Regem, vt facias iuſtitiam &
iudicia. Cogitent itaq; pij magi-
ſtratus ſe non à Nimrod, aut
alijs hominibus ferocibus orginem
traxiſſe, vt eorum deſideria ſe- Dan. 2.
quantur : ſed diuina ordinatio-
ne ſe inauguratos eſſe, cuius illi iu- 2.Par.19.
dicia exercent. Quare & cor ip-
ſorum conforme ſit voluntati diui- Eſa8.44.
næ, ne conſilia eorum (quod impijs
euenit) infatuentur.

Lætabimur in ſalute tua, & in no-
mine Dei noſtri vexillum erige-
mus, impleat Dominus omnes
petitiones tuas.

Hîc cauſam finalē adducunt fideles
ſeu fructus eorum quæ ſuperioribus
verſibus pro ſalute regis piè voue-
runt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

runt, nempe ita futurum, vt Rege ſaluo, eoq́ florente, ſalui beati & gaudentes ſint ſubditi futuri: capite enim incolumi, reliqua membra benè habent, econtrà illo languente lugent membra.

Vt autem hæc ſua tripudia, à profanorum hominum diſcernant inſana exultatione, addunt ſe in nomine Domini erecturos trophæum, id eſt, agnituros Dei gratiam, vt eius celebrent triumphum. Idem igitur nobis faciendum exiſtimemus. Grati ſimus Deo pro florenti horum Regnorum ſtatu, Deumq́ precemur, vt eundem diu florentem clementer conſeruet, omnesq́ petitiones pijßimi magiſtratus felici ſucceſſu impleat.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Nunc cognoui quod ſeruauerit Dominus ſanctum ſuum & exaudiet eum de cœlo.

Hæc gratulatio cum debita gratiarum actione coniuncta priorem Pſalmi partem abſoluit. Exerit ſe hic fides Eccleſiæ nulla dubitatione ſtatuens Deum in tuenda ſalute Regis, Regni quoq; & ſubditorum ſalutem operari: idq; tàm Regi quàm vniuerſo regno gratulantes, ſoli Dei gratiæ aſcribunt fideles, vt qui ideò velit gubernatores ſuo præſidio tegere & tutari, quod ipſius mandato vncti ſint & inaugurati: quæ res pios magiſtratus animet, vt diuinam hanc ordinationem intuentes ſe totos protectioni Dei committant, à quo non ſunt deſerendi, ſed exaudiendi,

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

quam diu, vt veri vncti Domini in pietate eiusq́; inuocatione officium fecerint. Porrò præclarum eſt quod gratis animis agnoſcant Chriſti fideles, ſalutem Regni nulla alia in re, quam in virtute dexteræ potentiæ Dei ſitam eſſe: quæ ad ſuperanda quæuis obſtacula ita valida eſt, vt ei nemo reſiſtere poſsit. Ex his igitur nobis eruenda eſt doctrina, non tantum vera in Deum fide gratulandum eſſe ijs, qui ad Regnorum gubernacula ſedent, ſed etiam Deo gratias agendas, cu-
Pſal. 118. ius dextra virtutem facit, quiq́; omnibus temporibus Eccleſiam ſuam exaudit, ei opitulatur potenter, & furorem Satanæ reprimit, volentis hunc ordinem à Deo inſtitutum turbare & euertere.

Poſte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

POSTERIOR
Pars.

Hi in curribus, & hi in equis, nos
autem in nomine Domini Dei
noſtri inuocabimus.
Ipſi proſtrati ſunt & ceciderunt: nos
autē ſurreximus & erecti ſumus.

Dolendum eſt ita à Satana faſcinatos eſſe eorum multos, qui magiſtratus funguntur officio, vt nec à Deo ſe vocatos eſſe, nec ab ipſo regna & ditiones ſuas gubernari, animo reuoluant: ſed Deum ſecurè contemnentes, ſuæ ſapientiæ, fortitudini, maieſtati, quicquid proſperè ſuccedit tribuant, ſpemq́ ſuam in humanis conſilijs, viribus, armis, & præcipuè in copijs militaribus collocent. Vnde fit, vt cum aduerſis exerceantur, cōtra Deū fremant & murmurent. Retrahit autē hos Da-

uid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

*uid in hoc verſu à vana illa confi-
dentia, propoſitâ antitheſi, qua
confert inter ſe piorum & impio-
rum fiduciam in rebus aduerſis,
damnatáq; impiorum iuſtitiam, qui
à Dei clementiâ diſceſsionem fa-
cientes, fiduciâ virium humana-
rum inflantur: Pios verò commen-
dat, qui in ſolum Deum ſpem &
fiduciam ponunt, poſthabitis eua-
nidis illis mundi præſidijs, quæ in
oculos tantummodo incurrunt, re-
uerà autem ſunt infirma, caduca,
momentanea & fallacia: atq; hoc
eſt quod alibi inquit Dauid. Non
ſaluatur Rex multitudine exerci-
tus, Gigas non liberetur in mul-
titudine fortitudinis. Legant ex-
empla inanis confidentiæ, qui vo-
lent, in Ieroboam contra Abiam
pug-*

Pſal. 33.

2.Par. 13. 14. 32.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

pugnante, Zærach Rege Æthiopiæ contra Aſiam pugnante, in Senacherib Ezechiam obſidente & ſimilibus. Adeò inſenſati ſunt impij, qui quamuis mortales ſint, ſibi tamen tantos ſumunt ſpiritus, vt miſeriarum ſuarum obliuiſcantur. Sapiant itaq; pij principes, horumq; exemplo edocti, diſcant ſoli Deo confidere, eiq; in timore cum tremore ſeruire. Pſal. 2.

Domine ſerua, Rex ille exaudiat nos in die, qua inuocauerimus eum.

Claudunt illuſtri Epiphonemate Pſalmum ſiue precationem ſuam fideles, votum iterantes, quo omnia felicia Regi imprecantur

tur, ſermonem ad Chriſtum con-
uertentes, cui tàm Regem quàm
Regnum fideliter commendant.
Nos verò horum exemplum imi-
tati Deum ardentibus votis pre-
cemur, vt Eccleſiæ ſuæ pios &
fideles nutricios clementer tuea-
tur: atq; inter hos ſereniſſimum
electum Regem in hac maieſta-
tis eius minorennitate benignè
conſeruet, & ſancto ſpiritu in-
ſtituat; vt poſthabitis mundi va-
nitatibus, totum ſe Deo conſe-
cret, in vera pietate, in timore &
inuocatione Domini. Gubernet
eorum deſideria & conſilia, qui
ad gubernacula Regnorum ſe-
dent, vt quæ pia ſunt, iuſta,
& Eccleſiæ Chriſti Regniſque
futura ſalutaria, ſumma exe-
quantur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

quantur vigilantia & felicitate. Largiaturq́; nobis pacem & tranquillitatem benigniſsimus Deus, & omnia mala à nobis clementer auertat.

✝✝
✝

AMEN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ORDINATIO PRE-
cationum, Epiſtolarum & Euan-
geliorum quæ ſingulis
diebus recita-
buntur.

PRECATIO PRI-
mæ diei.

O Allſommectigſte Naadige oc Allſom-kieriſte Gud oc Fa-der/ wi arme Syndere komme for dit Anſict / oc vdi ydmig-hed bekiende worris Hierters daarlighed / oc affwendelſe fraa dig / oc at wy haffue Skiuldt wore øyen for dit *E-uangelij* klare Liuſſ oc thillugt wore øren fraa dit Hellige Ords Prædicken / oc haffue

werridt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſwerrſdt ſwlydige oc genſtridige Syndere / huilcke huercken din ſtraff eller velgierninger haffue her til beweget til Penitentze oc din fryct / din Godhed oc velgierninger ere mangfoldige offuer oſſ / Men wy lære dog icke at kiende eller tacke dig / huorfor wi wel haffue fortient at hiemſøges aff din wrede / huilcken der er forferdelig. Men wy Jndfly til din miſkundhed oc begiere naade oc Syndernis forladelſe / huilcken du i dit ord Loffuer alle Bodferdige Syndere: Oc bede din grundløſe Barmhiertighed / du wilde wed din Hellig Aand Naadeligen vdføre oſſ aff wor daarlighed / til

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Salighedſens Forſtand/oc bøje wore Hierter oc wilie i din lydighed/oc giffue oſſ Naade til at beviſe dig Tacknemmelighed for dine Faderlige velgierninger baade Aandelige oc timelige / paa det wi icke ſkulle regnis iblant de wfornufftige creature/mē motte kaldis oc bliffue din kiere Børn/i din Elſkelige Søn Jeſu Chriſto vor Herre / ſom met dig oc den Hellig Aand Leffuer oc Regnerer en ſand Gud fraa Euighed oc til Euigtid.

Amen.

LOCO EPISTOLÆ

Iere: 5. vt ſupra

EVANG. Matth. 11.

Initium. Tunc cæpit exprobrare.
Finis. Quia terræ Sodomorum.

Pre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

PRECATIO.

ſecundæ diei.

O Du Naadefulde Gud oc Alſomkieriſte Fader du ſom wilt ingen Synders forderuelſe / men aff din Barmhiertighed opleder dine Arme wildfarne faar / oc Søger deris Salighed. Wi tacke dig aff wort gandſke Hierte / at du icke wild lade oſſ forſmecte i wore Synder / men haffue medlidighed baade offuer wor ſkrøbelighed oc fortredelige affald fraa dit ord oc din Naade / wi bede dig Hiertelige / forarbeide wed ordet oc din Hellig Aand vdi oſſ en aluorlig Pœnitentze / til huilcken du oſſ ſielff kalder

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

oc Naadeligen Jndbiuder. Oc ſkenck oſſ troen i worre Hierter / at wy icke miſtrøſte i vor Bedrøffuelſe / men i Naadſens tid ſøge din Faderlige miſkundhed. Regiere oſſ med din Hellig Aand at wy kunde Leffue it Chriſtelige Leffnit i din fryct oc ald Retferdighed / oc wende wore Hierter fraa thenne forargelige werden/paa det wy icke bliffue kiøddelige trygge hoffmodige vretferdige oc vmilde / til at hade oc miſtrøſte huer andre. Aff-wend din wrede fraa oſſ / oc lad din Retferdige ſtraff / oc vredis dag icke offuerfalde oſſ/ bewar oſſ vnder dine winger fraa al vlycke til Siel oc Liff/

at

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

at wi kunde loffue din Barm-
hiertighed oc Tacke dig ſom
waar Naadige Gud oc alſom-
kieriſte Fader/du ſom met din
Søn Jeſu Chriſto oc then Hel-
lig Aand/ Leffuer oc Regnerer
en ſand Gud fraa Euighed
oc til Euig tid.
Amen.

LOCO EPISTOLÆ
Sophoniæ 2. Vt ſupra.

EVANG. Matth. 11.

Initium. Venite ad me: vsq̃ue ad finem capitis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

PRECATIO TER-
tiæ diei.

O Allerhøyeſte Gud oc Naadige Fader / ſom eſt en weldig Regentere offuer Himmel oc Jord oc ved din vbegribelige Vijſdoms Raad opholder din Chriſtne Kircke oc alle Chriſtlige Regemente oc theris Regentere. Wi bede din Grundløſe Barmhiertighed / du wilde for dit Naffns ære Beholde din Chriſtne Kircke ved dit Salige Ord / vdi Troens Enighed / oc giffue dine Børn trofaſte oc Lydige Hierter / oc Biſtandighed vdi al modgang.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

gang. Hold din Beſkermelſe offuer woris Allernaadigſte Dronning / D. *Sophia*, at hendis Naade motte vdi Siels oc Liffs Languarige welferdt lenge oc wel beuaris i din ſande fryct / det Høyborne Kongelige Huſſ til glæde oc trøſt / oc diſſe Riger oc Lande thil gode. Beuare vnder din Guddommelige Beſkyttelſe wor Allernaadigſte HErre Printz oc vduolde Konning H. Chriſtian / oc vdi hannom daglige formere din kundſkaff oc ſande fryct met alle andre ret Chriſtelige Kongelige Dyder / oc beholdt hans Naade i it lang Leffnet / fraa al vlycke oc fare / din Chriſtne

Kircke

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Kircke til gode/ oc diſſe Riger oc Lande oc oſſ alle til lyckſalig oc Languarige welferd.

Hold din Høyre hand offuer de andre Høyborne Kongelige Børn / oc alle Chriſtlige Herrer ſom det Kongelige Huſſ er Anrørende / oc beuar dem alle i din fryct / oc it gudeligt oc Fredſommeligt Leffnit.

Velſigne oc Beuare diſſe Rigers Forordinerede Regerings Raad/ oc andre Rigers oc Landers Raad oc det gantſke Regemente i din fryct Retferdelige oc Lyckſalige i. Regementet alting at beſkicke oc

vdrette/

vdrette / oc giff dennom alle
endrectige Hierter / oc Beuar
thennom fraa wenighed oc ald
vlycke baade til Siel oc Liff /
met menige Danmarcks Adel
oc alle Chriſten Offrighed vn-
der din Beſkermelſe oc Naade.
Affuend fraa diſſe Riger oc
Lande din vredis plager / Krig
oc Blodſtyrdtning / Peſtilentze
dyr tid oc ald anden Jammer
oc Nød / oc giff oſſ en beſtan-
dig fred oc Rolighed at wy
motte bo vnder dine winge oc
nyde dine gaffuer oc velgier-
ninger dig til ære oc oſſ til
det timelige oc Euige Liffs
welferd / ved din Kiere Søn
Jeſum Chriſtum vor Herre
ſom

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

ſom med dig Leffuer oc Regne-
rer i Hellig Aands Enighed en
ſand Gud fraa Euig-
hed oc til Euig tid.
Amen.

LOCO EPISTOLÆ
Pſal: 20. Vt ſupra.

EVANG. LUC. II.

Initium. Petite & dabitur vobis.
Finis. Quanto magis pater veſter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 714 8° copy 1